



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

C. 11. Missa viua est omnium miseriarum humanarum, quin & totu[m] vitæ Iesu Christi, qui ijsde[m] auxilium venit allaturus, repræsentatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

THESAURVS MISSAE. III

CAPVT XI.

MISSA VIVA EST OM-
nium miseriarum humanarum,
quin & totius vitæ Iesu Christi,
qui ijsdem auxilium venit al-
laturus, representatio.

EX ijs quæ sensus exterior-
es, & imprimis oculos &
aures summoperè oble-
ctant, non vltimum obtinet lo-
cum comœdia quæpiam, aut
viva rei alicuius repræsentatio
& ad naturam quàm proximè
accedens. Hacce oblectatione
in tantum homines capiuntur,
vt quâuis cœmedi maximè sint
infames, & parû plerûq; honesti
K 2 viri

III² SPIRITVALIS

viri tamen non secus ac mulieres noctu & interdiu illos frequentent, exiguum illud oblectamenti, quod dant, ære etiam suo redimentes; quin adeo nonnunquam illo capiuntur, vt binæ & ternæ diei, ac sæpè etiam noctis, horæ, quam breuissimæ videantur, dum comœdiæ intersunt, in qua tamen non raro cum maximo animarum discrimine versantur. Si fidei lumine & viua consideratione & continua sacri Missæ mysterij meditatione cõsideraremus, in vniuerso eius decursu, mundi miseriam, & eam in quam omnes per peccatum procidimus, & simul eiusdem per Redemptorem

THESAVRVS MISSAE. II 3
ptorem Iesum Christum abla-
tionem ad viuum maximè ex-
hiberi, & in tot velut theatris
quot sunt templa, ad Campa-
næ pulsum, suprà dicta ita viuè
& naturaliter repræsentari, vt
ipsemet Saluator Iesus laruatus
quodammodo prodeat ad re-
præsentandum & memoriæ no-
stræ obijciendum quid ipsi si-
mus, & quid ipse pro nostri li-
beratione fecerit & passus sit;
maiori fortè desiderio ac gustu
spirituali ad huiusmodi repræ-
sentationē cōflueremus. Vna è
præcipuis Iesu Christi in my-
sterio hoc instituendo inten-
tionibus, fuit, vt ipsum in sui
commemorationē fieret & re-
K. 3 præsen-

114 S P I R I T V A L I S
præsentaretur. Vnde sic Apo-
stolis præcepit, & in illis omni-
bus omninò Sacerdotibus: In
Canon. Missæ I. Cor. II. *Hoc quo-
riescunque feceritis, in mei memo-
riam facietis, & eorum quæ ipse
pro vobis & feci & passus sum.*
In cõfessione etiam procœmiali
misericordia repræsentatur, in quam
per peccata prolapsi sunt ho-
mines, quæ tum Sacerdos, tum
ipsimet confitentur, culpam ag-
noscendo, & eius veniam, simul
& gratiam, & gloriam, quibus
omnibus tãto perè indigemus,
sperando. Nam, vt dicit Apo-
stolus Rom. 3. *Omnes peccave-
runt, & egent gloria Dei.* In va-
rijs item Missæ locis (vti infra
dicetur) veterum patrũ Deum

THESAVRVS MISSAE. II
incarnatum in mundo ambu-
lantem videre desiderantium,
vota representantur, Prophe-
tarum quoque prædicatio, in-
carnatio, natiuitas, & reliqua
vitæ Iesu Christi series ad vsq;
30. vitæ eius sanctissimæ annū,
prædicatio & miracula, vltimæ
Cœna, mors & resurrectio, A-
postolorū prædicatio, illustra-
tione Martyrum, Pontificū, Do-
ctorū, Cōfessorum, Virginum,
reliquorumque Sanctorum, quī
in Ecclesia Dei fuere, gesta. Vi-
de, an non hæc comœdia & re-
præsentatio digna sit quæ audia-
tur & videatur, tum verò ma-
gis, quòd in ea omnia Redemp-
toris nostri merita nobis gratis

dentur & applicentur, & tanta
tamq; illustria sanctorum ex-
empla ad imitandum æmulan-
dumque nobis proponantur,
tam in ijs quæ propter Diui-
num honorem fecerunt & passi
sunt, quàm ijs quibus pro-
pter eundem, seruatur,
& in æternum fru-
entur.